

por el ejercicio de su sufrimiento del hambre, etc. : *Habes ubi.*

Al parecer será perjudicial á la patria su salida , pues se arruinará la Italia , padecerán las ciudades , etc. : *Nunc ut a me* ; pero le será en la realidad muy útil su partida , pues será mas descubierta su conjuración , y mas duradera la paz de la república : *His ego sanctissimis.*

Pide por último en el epilogo á los senadores permitan salga Catilina , para que no maquine daños al cónsul , al senado y á la ciudad : *Quare, P. C., secedant* ; y que confíen en su diligencia , en la autoridad del senado , valor de los caballeros y reunion de los buenos : *Polliceor* ; y suplica á Júpiter Stator aleje á Catilina y sus aliados , y los castigue como merecen : *Tum tu Jupiter.*

ORATIO

PRO Q. LIGARIO.

ARGUMENTO.

Comenzada la guerra civil entre Pompeyo y César , enviaron á Publio Accio á la provincia de Africa para que sucediese en el gobierno de ella á Quinto Ligario que á la sazón la gobernaba en calidad de lugarteniente. Pero habiéndose Quinto Ligario detenido por algun tiempo en la misma Africa despues de la llegada de Publio Accio , no permitió la entrada en dicha provincia á Quinto Tuberon , porque en compañía de su padre pretendia ganarla para el partido de Pompeyo. Ofendido por esta causa Quinto Tuberon , despues de concluida la guerra civil , acusó á Quinto Ligario á presencia de César de haber usurpado el gobierno de Africa á favor de Pompeyo. Ciceron le defendió por medio de esta oración , disculpándole , é interponiendo su mediación.

Pomponio el jurisconsulto llama á esta oración la mas hermosa y delicada de cuantas compuso y dijo Ciceron.

Novum crimen, C. Caesar, et ante hunc diem inauditum propinquus meus ad te Q. Tubero detulit, Q. Ligarium in Africa fuisse: idque C. Pansa, praestanti vir ingenio, fretus fortasse ea familiaritate quae est ei tecum, ausus est confiteri. Itaque, quomodo me vertam nescio. Paratus enim veneram, cum tu id neque per te scires, neque audire aliunde potuisses, ut ignorantia tua ad hominis miseri salutem abuterer. Sed quoniam diligentia inimici investigatum est quod latebat, confitendum est, ut opinor: praesertim cum meus necessarius C. Pansa fecerit, ut id jam integrum non esset: omissaque controversia, omnis oratio ad misericordiam tuam conferenda est, quam plurimi sunt conservati, cum a te non solum liberationem culpa, sed errati veniam impetravissent. Habes igitur, Tubero, quod est accusatori maxime optandum, confitentem reum; sed tamen ita confitentem, se in ea parte fuisse, quam te, Tubero, quam virum omni laude dignum patrem tuum. Itaque prius de vestro delicto confiteamini necesse est, quam Ligarii ullam culpam reprehendatis.

INTERPRETACION. *Novum crimen*, de un delito nuevo y hasta el dia de hoy nunca oido te ha hecho delacion. *Paratus veneram*, venia con ánimo de aprovecharme de tu falta de informe para salvar á un desvalido. *Investigatum*, se ha descubierto. *Id jam*, que no nos queda arbitrio para otra cosa; y dejada á un lado la disputa, todo mi discurso debe dirigirse á tu misericordia. *Liberationem*, la justificación de su culpa, sino tambien el perdón de su yerro. *Reum*, un reo confeso, pero reo que confiesa haberse hallado en el mismo partido que tú y tu padre, etc. *Ullam*, antes que reprendais alguna culpa en Ligario...

NOTAS Y ARTIF. RET. *Abuterer*: el verbo *abutor*, aunque por lo comun significa hacer mal uso, algunas veces significa tambien hacerlo

bueno.

Habes igitur, confiesa el delito para conciliar la benignidad.

Q. igitur Ligarius, cum esset adhuc nulla belli suspicio, legatus in Africam cum proconsule C. Considio profectus est: quâ in legatione et civibus et sociis ita se probavit, ut decedens Considius provinciâ, satisfacere hominibus non posset, si quemquam alium provinciâ præficeret. Itaque Q. Ligarius, cum diu recusans nihil profectus, provinciâ accepit invitatus: cui sic præfuit in pace, ut et civibus et sociis gratissima esset ejus integritas et fides. Bellum subito exarsit, quod qui erant in Africâ, ante audierunt geri, quàm parari. Quo audito, partim cupiditate inconsideratâ, partim cæco quodam timore, primò salutis causâ, post etiâ studii sui, quærebant aliquem ducem. Tum Ligarius domum spectans, et ad suos redire cupiens, nullo se implicari negotio passus est. Interim P. Actius Varus, qui prætor Africam obtinuerat, Uticam venit. Ad eum statim concursus est. Atque ille non mediocri cupiditate arripuit imperium; si illud imperium esse potuit, quod ad privatum clamore multitudinis imperitæ nullo publico consilio deferebatur. Itaque Ligarius, qui omne tale negotium cuperet effugere, paulum adventu Vari conquivit. Adhuc, C. Cæsar, Q. Ligarius omni culpâ vacat: domo est egressus, non modò nullum ad bellum, sed ne ad minimam quidem suspicionem belli: legatus in pace profectus, in pro-

Legatus, en calidad de lugarteniente partió á Africa en compañía del procónsul C. Considio, en cuya comision mereció tal aprobacion, no solo de los ciudadanos sino tambien de los aliados, que al retirarse Considio de la provincia, no hubiera podido contentar á aquellas gentes si hubiera puesto á cualquier otro en el gobierno. *Cui sic*, el que de tal manera desempeñó en tiempo de paz, que su desinterés y fidelidad fué muy del agrado, etc. *Exarsit*, se encendió sin pensar la guerra. *Audierunt*, antes oyeron que estaba trabada, que el que se hacian los preparativos. *Cupiditate*, pasion. *Ducem*, que les sirviese de jefe, primeramente para su seguridad, y despues para apoyar su inclinacion. *Implicari*, enredarse en ningun bando. *Concursum*, acudieron todos á él, y este no con menor ansia se apoderó del mando, si pudo ser mando el que se daba á un particular por la gritería de la ignorante multitud, sin autoridad pública. *Effugere*, huir el cuerpo. *Conquivit*, se sosegó...

Q. igitur Ligarius, narracion en que se refiere como fué al Africa con Considio, se le hizo prefecto de

la provincia, y cuán lejos estaba de hacer guerra.

vinciâ pacatissimâ ita se gessit, ut ei pacem esse expediret. Profectio certè animum tuum non debet offendere. Num igitur remansio? Multò minùs. Nam profectio voluntatem habuit non turpem; remansio etiâ necessitatem honestam. Ergo hæc duo tempora carent crimine: unum, cum est legatus profectus; alterum, cum, efflagitatus a provinciâ, præpositus Africæ est. Tertium est tempus, quo post adventum Vari in Africâ restitit. Quod si est criminis, necessitatis crimen est, non voluntatis. An ille, si potuisset illinc ullo modo evadere, Uticæ potiùs quàm Romæ, cum P. Actio quàm cum concordissimis fratribus, cum alienis esse quàm cum suis maluisset? Cum ipsa legatio plena desiderii ac sollicitudinis fuisset, propter incredibilem quemdam fratrum amorem, hic æquo animo esse potuit, belli dissidio distractus a fratribus?

Nullum igitur habes, Cæsar, adhuc in Q. Ligario signum alienæ a te voluntatis. Cujus ego causam animadvertes quæso quâ fide defendam, cum prodo meam. O clementiam admirabilem, atque omni laude, prædicatione, litteris, monumentisque decorandam! M. Cicero apud te defendit alium in eâ voluntate non fuisse, in quâ se ipsum confitetur fuisse; nec tuas tacitas cogitationes extimescit, nec quid tibi, de alio audienti,

Remansio, su detencion? *Non turpem*, en su partida no hubo mala intencion, y en su detencion una honrosa necesidad. *Criminosum*, en el que si hay culpa. *Legatio*, habiendo su gobierno sido lleno de congojas y desasosiego. *Æquo*, con tranquilidad.

Alienæ, de voluntad enajenada de ti. *Quâ fide*, con qué confianza. *Cum prodo*, cuando publico la mia. *Alium*, que otro no se halló en el partido que él mismo confiesa haber seguido, ni teme

Tertium, no es probable que Q. Ligario quisiese mas vivir en Utica y con Varo que en Roma con sus hermanos: tuvo que estar en Africa; luego estuvo por necesidad, no por voluntad.

Cum ipsa, prueba de la proposicion por comparacion de mayor á menor.

Nullum igitur, mas benigno de-

bes ser para con aquel de cuya voluntad contra ti no consta, que contra aquel que sabes fué tu enemigo: te has mostrado mas benigno conmigo que fuí del bando contrario al tuyo; luego mas lo debes ser con Ligario, de quien no consta haber sido tu contrario.

Amplifica la asuncion exagerando su falta y la clemencia de Cæsar.

de se ipso occurrat, reformidat. Vide quàm non reformidem, vide quanta lux liberalitatis et sapientiæ tuæ mihi apud te dicenti oboriatur. Quantum poterò voce contendam, ut hoc populus romanus exaudiat. Suscepto bello, Cæsar, gesto etiam ex magnâ parte, nullâ vi coactus, iudicio meo ac voluntate ad ea arma profectus sum, quæ erant sumpta contra te. Apud quem igitur hoc dico? nempe apud eum, qui cum hoc sciret, tamen me, antequam vidit, reipublicæ reddidit; qui ad me ex Ægypto litteras misit, ut essem idem, qui fuisset; qui cum ipse imperator in toto imperio populi romani unus esset, esse me alterum passus est; a quo, hoc ipso C. Pansâ mihi nuntium perferente, concessos fasces laureatos tenui, quoad tenendos putavi; qui mihi tum denique se salutem putavit reddere, si eam nullis spoliatis ornamentis dedisset. Vide, quæso, Tubero, ut qui de meo facto non dubitem dicere, de Ligari non audeam confiteri. Atque hæc propterea de me dixi, ut mihi Tubero, cum de se eadem dicerem, ignosceret. Cujus ego industriæ gloriæque faveo, vel propter propinquam cognitionem, vel quòd ejus ingenio studiisque delector, vel quòd laudem adolescentis proquinqui existimo etiam ad meum aliquem fructum redundare. Sed hoc quæro, quis putet fuisse crimen esse in Africâ Ligarium? Nempe is, qui et ipse in eadem Africâ esse voluit, et prohibitum se a Ligario queritur, et certè contra ipsum Cæsarem est congressus armatus. Quid

lo que interiormente pensarás, ni le causa recelo lo que te ocurrirá de si mismo cuando lo oyes hablar de otro. Mira cuán lejos estoy de temer, mira qué gran golpe de luz me da tu liberalidad y sabiduría cuando hablo en tu presencia. Esforzaré mi voz cuanto pueda, etc. *Nullâ vi*, sin que nadie me obligara, por mi propio dictamen y voluntad me agregué á aquel partido que tomó las armas contra tí. *Nempe*, puntualmente. *Ut essem*, que perseverase en el grado mismo en que me hallaba. *Unus*, el único. *Esse me*, permitió que fuese yo el segundo. *Qui mihi*, el que juzgó no me daba la vida si no me la daba acompañada de todos mis honores. *Ignosceret*, no lleve á mal. *Industria*, de cuyo talento y fama soy apasionado. *Fructum*, redundá en algún provecho mio. *Congressus*, con las armas en la mano ha peleado contra, etc...

Atque hæc, el acusador no debe echar en cara á otro el delito que él tambien ha cometido: Tuberon quiso estar en Africa, y estuvo en

Farsalia contra César; luego no debe acusar á Ligario.
Sed hoc quæro, asuncion.

enim, Tubero, tuus ille districtus in acie Pharsalicâ gladius agebat? cujus latus ille mucro petebat? qui sensus erat armorum tuorum? quæ tua mens? oculi? manus? ardor animi? quid cupiebas? quid optabas? Nimis urgeo: commoveri videntur adolescens: ad me revertar, iisdem in armis fui. Quid autem aliud egimus, Tubero, nisi ut, quod hic potest, nos possemus? Quorum igitur impunitas, Cæsar, tuæ clementiæ laus est, eorum ipsorum ad crudelitatem te acuet oratio? Atque in hac causâ nonnihil equidem, Tubero, etiam tuam, sed multò magis patris tui prudentiam desidero: quòd homo cum ingenio tum etiam doctrinâ excellens, genus hoc causæ quod esset, non viderit. Nam si vidisset, quovis profectò, quàm iste modo, a te agi maluisset. Arguis fatentem, non est satis, accusas eum qui causam habet, aut, ut ego dico, meliorem quàm tu; aut, ut tu vis, parem. Hæc non modo mirabilia sunt, sed prodigii simile est quòd dicam. Non habet eam vim ista accusatio, ut Q. Ligarius condemnetur, sed ut necetur. Hoc egit civis romanus ante te nemo. Externi isti sunt mores. Usque ad sanguinem incitari solet odium aut levium Græco-

Agebat, en qué se empleaba. *Latus*, á qué costado se dirigia su punta? cuál era el objeto de tus armas? cuál tu intencion? adónde dirigias tus ojos? adónde tus manos? adónde la fogosidad de tu ánimo? *Nimis*, demasiado le aprieto: el jóven parece que se altera: volveré á hablar de mí: me hallé en el mismo partido. *Impunitas*, te estimulará á la crueldad el discurso de aquellos cuya libertad forma la alabanza de tu clemencia? *Desidero*, echo menos algún tanto. *Agi*, la hubiese tratado de cualquier otro modo mejor que de este. *Mirabilia*, no solo son maravillosas estas cosas, sino que lo que voy á decir es cosa de portento. *Vim*, no se dirige. *Externi*, extrañas. *Usque ad*, hasta derramar la sangre...

Acie Pharsalicâ, conmovido César de la viveza de esta amplificación con que pinta Ciceron la guerra de Farsalia, dice Quintiliano que estuvo tan absorto oyéndola, que se le cayeron de la mano los papeles de la sentencia contra Ligario.

Atque in hac causâ, es injusto pedir la muerte de un reo, y estorbar que pida perdón: esto pretende

Tuberon; luego pide injustamente en esta causa.

Nam si, reprende la accion de Tuberon por desemejanza y por enumeracion de partes.

Non habet eam vim, primera parte de la asuncion.

Hoc egit, prueba de la proposicion por desemejanza.

rum, aut immanium barbarorum. Nam quid aliud agis? Ut Romæ ne sit? ut domo careat? ne cum optimis fratribus, ne cum hoc T. Brocho avunculo suo, ne cum ejus filio consobrino suo, ne nobiscum vivat? ne sit in patriâ? Num est? Num potest magis carere his omnibus, quàm caret? Italiâ prohibetur, exsulat. Non tu ergo hunc patriâ privare quâ caret, sed vitâ vis. At istud ne apud eum quidem dictatorem, qui omnes quos oderat morte mulctabat, quisquam egit isto modo. Ipse jubebat occidi, nullo postulante: præmiis etiam invitabat. Quæ tamen crudelitas ab hoc eodem aliquot annis post, quem tu nunc crudelem esse vis, vindicata est. Ego verò istud non postulo, inquires. Ita mehercule existimo, Tubero. Novi enim te, novi patrem tuum, novi domum nomenque vestrum; studia denique generis ac familiæ vestræ, virtutis, humanitatis, doctrinæ plurimarum artium atque optimarum, nota sunt mihi omnia. Itaque certò scio vos non petere sanguinem: sed parum attenditis. Res enim eò spectat, ut eâ pœnâ, in quâ adhuc Q. Ligarius sit, non videamini esse contenti. Quæ est igitur alia præter mortem? Si enim in exsilio est, sicuti est, quid amplius postulatis? An, ne ignoscatur? Hoc verò multò acerbius, multoque est gravius. Quod nos domi petimus precibus et lacrymis, prostrati ad pedes, non tam nostræ causæ fidentes, quàm hujus humanitati, id ne

Carere, puede acaso estar mas privado de estas cosas de lo que está? No se le permite entrar en la Italia. *Domum*, tu familia y crédito: finalmente las prendas de vuestro linaje, familia, valor, afabilidad, instruccion en muchas y bellas artes, todo me es notorio. *Vos non*, que vosotros no pretendéis su muerte, pero obráis con poca reflexion. *Acerbius*, mucho mas duro y cruel. *Causæ*, no tanto en la justicia de nuestra causa como en su humanidad, te empeñarás en que no lo consigamos, y romperás por medio de

Nam quid, prueba la asuncion por distribucion con este dilema. O pides que se le destierre ó que se le quite la vida: no pides se le destierre, pues ya está desterrado; luego pides se le quite la vida.

At istud, confirma la proposicion por comparacion de mayor á menor. *Ego verò*, amplifica la segunda parte de la proposicion por los adjuntos de la causa y lugar, ilustrándola con una prosopopeya.

impetremus, pugnabis? et in nostrum fletum irrumpes? et nos jacentes ad pedes supplicum voce prohibebis?

Si, cum hoc domi faceremus, quod et fecimus, et ut spero non frustra fecimus, tu repente irrupisses, et clamare cœpisses: C. Cæsar, cave credas, cave ignoscas, cave te fratrum pro fratris salute obsecrantium misereat; nonne omnem humanitatem exuisses? Quantò hoc durius, quod nos domi petimus, id a te in foro oppugnari? et in tali miseriâ multorum perfugium misericordiæ tollere? Dicam planè, C. Cæsar, quod sentio. Si in hac tantâ tuâ fortunâ lenitas tanta non esset, quantam tu per te, per te, inquam, obtines (intelligo quid loquar), acerbissimo luctu redundaret ista victoria. Quàm multi enim essent de victoribus, qui te crudelem esse vellent, cum etiam de victis reperiantur? quàm multi, qui cum a te nemini ignosci vellent, impedirent clementiam tuam, cum etiam ii, quibus ipse ignovisti, nolint te in alios esse misericordem? Quòd si probare Cæsari possemus, in Africâ Ligarium omnino non fuisse; si honesto et misericordi mendacio, saluti civis calamitosi consultum esse vellemus, tamen hominis non esset in tanto discrimine et periculo civis refellere et coarguere nostrum mendacium; et si esset alicujus, ejus certè non esset, qui in eadem causâ et fortunâ fuisset. Sed tamen aliud est errare Cæsarem nolle, aliud nolle misereri. Tum diceres: Cave, Cæsar, credas; fuit in Africâ Ligarius; tulit arma contra te. Nunc, quid dicis? Cave ignoscas. Hæcne

nuestras lágrimas, y nos estorbarás cuando estemos postrados á sus piés en acto de suplicantes?

Irrupisses, te hubieras entrado. *Quantò*, cuánta mayor crueldad será el oponerte en el foro á lo que pedimos en su casa? *Acerbissimo*, rebosaría en amarguísimas lágrimas esta victoria. *Quàm multi*, cuántos habria. *Refellere*, refutar y contradecir nuestra mentira. *Hæcne*, es este modo de hablar un hombre á otro hombre?...

Dicam planè, alaba la clemencia de César, y arguye al contrario así: Mas vergonzoso es pretender no se perdone al reo confeso, que redargüirle, cuando se excusa con mentira: aun excusándose con mentira

te debía ser vergonzoso redargüirle; luego mucho mas te debe ser pedir no se perdone á Ligario. *Quòd si*, asuncion. *Sed tamen*, proposicion.

hominis ad hominem vox est? quâ qui apud te, C. Cæsar, utetur, suam citius abjiciet humanitatem, quàm extorquebit tuam. Ac primus aditus et postulatio Tiberonis, hæc, opinor, fuit, velle se de Q. Ligarii scelere dicere. Non dubito quin admiratus sis, vel quòd de nullo alio quisquam, vel quòd is, qui in eadem causâ fuisset, vel quidnam novi facinoris afferret. Scelus tu illud vocas, Tiberò? cur? isto enim nomine illa adhuc causa caruit: alii errorem appellant, alii timorem: qui durius spem, cupiditatem, odium, pertinaciam; qui gravissimè, temeritatem; scelus, præter te, adhuc nemo. Ac mihi quidem, si proprium et verum nomen nostri mali quærat, fatalis quædam calamitas incidisse videtur, et improvidas hominum mentes occupavisse, ut nemo mirari debeat humana consilia divinâ necessitate esse superata. Liceat esse miseros, quanquam hoc victore esse non possumus. Sed non loquor de nobis; de illis loquor qui occiderunt. Fuerint cupidi, fuerint irati, fuerint pertinaces; sceleris verò crimine, furoris, parricidii liceat Cn. Pompeio mortuo, liceat multis aliis carere. Quando hoc quisquam ex te, Cæsar, audivit? aut tua quid aliud arma voluerunt, nisi a te contumeliam propulsare? quid egit tuus ille invictus exercitus, nisi ut suum jus tuere-

Suam, antes se desnudará de su humanidad que pueda despojarte de la tuya. *Ac*, la primera entrada y querella de Tiberon era, á lo que pienso, querer hablar, etc. *Non dubito*, no dudo que habrás extrañado que de ningun otro se ha hecho semejante delacion, ó que la ha hecho uno que siguió el mismo partido, ó que nuevo delito es este. *Caruit*, no ha tenido hasta ahora semejante nombre. *Durius*, con mas rigor. *Cupiditatem*, ambicion. *Gravissimè*, con mayor aspereza. *Improvidas*, se apoderó impensadamente. *Consilia*, que los designios de los hombres hayan sido vencidos por disposicion de los dioses. *Liceat*, seamos enhorabuena miserables...

Non dubito, reprende á Tiberon porque llama maldad la culpa de Ligario, por los adjuntos. Tiberon no debe sentir peor de la culpa de los pompeyanos que sienten los demás y el mismo Cæsar: es asi que ninguno, ni aun el mismo Cæsar la ha llamado delito, luego mucho menos Tiberon, que estuvo en el mismo

partido.

Non dubito, proposicion.

Isto enim nomine, primera parte de la asuncion.

Quando, segunda parte de la asuncion probada con tres razones: la causa final; los adjuntos, *Quid*; y el mismo lugar oratorio alabando á Cæsar, *Mihi verò*.

tur et dignitatem tuam? Quid? tu, cum pacem esse cupiebas, idne agebas, ut tibi cum sceleratis, an ut cum bonis civibus conveniret? Mihi verò, Cæsar, tua in me maxima merita tanta certè non viderentur, si me ut sceleratum a te conservatum putarem. Quomodo autem tu de republicâ bene meritus esses, si tot sceleratos incolumi dignitate esse voluisses? Secessionem tu illam existimavisti, Cæsar, initio, non bellum: non hostile odium, sed civile dissidium: utrisque cupientibus rempublicam salvam; sed partim consiliis, partim studiis, a communi utilitate aberrantibus. Principum dignitas erat pæne par; non par fortasse eorum qui sequebantur: causa tum dubia, quòd erat aliquid in utràque parte, quod probari posset: nunc melior certe ea judicanda est, quam etiam dii adjuverunt. Cognitâ verò clementiâ tuâ, quis non eam victoriam probet, in quâ occiderit nemo nisi armatus.

Sed ut omittam communem causam, veniamus ad nostram: utrum tandem existimas facilius fuisse, Tiberò, Ligarium ex Africâ exire, an vos in Africam non venire? Poteramusne, inquires, cum senatus censuisset? Si me consulis, nullo modo. Sed tamen Ligarium senatus idem legaverat. Atque ille eo tempore paruit, cum parere senatui necesse erat: vos tunc parvistis, cum paruit nemo, qui noluit. Reprehendo igitur?

Idne, tratabas tú de ajustarla con los perversos ó con los buenos ciudadanos? *Maxima*, tus señaladísimos beneficios para conmigo no me parecerian de tanta consideracion. *Quomodo*, qué agradecimiento debia tenerte la república. *Incolumi*, en su total dignidad. *Secessionem*, tú la tuviste al principio por desavenencia (entre la plebe y los senadores), no por guerra. *Aberrantibus*, apartándose unos por miras particulares, otros por su inclinacion. *Eorum qui*, de los que los seguian. *Quod probari*, algo de bueno.

Poteramusne, podíamos hacer otra cosa habiéndolo decretado el senado? *Legaverat*, habia enviado por lugarteniente. *Paruit*, obedeció solo el que quiso...

Eorum qui, de estos secnaces de Pompeyo, parte eran cónsules y parte eran magistrados.

Sed ut omittam, prueba que mayor delito tuvo Tiberon en ir á Africa. Mas excusable es el que obedeció al senado cuando era preciso

obedecerle, que aquel que le obedeció cuando era licito no obedecerle: Ligario obedeció cuando era preciso obedecer, y Tiberon cuando era licito no obedecer; luego mas excusable es Ligario que Tiberon.

minimè verò. Neque enim licuit aliter vestro generi, nomini, familiæ, disciplinæ. Sed hoc non concedo, ut quibus rebus gloriemini in vobis, eisdem in aliis reprehendatis. Tuberonis sors conjecta est ex senatusconsulto, cum ipse non adesset, morbo etiam impediretur: statuerat se excusare. Hæc ego novi propter communes necessitudines, quæ mihi sunt cum L. Tuberone. Domi unà eruditi, militiæ contubernales, post affines, in omni denique vitâ familiares. Magnum etiam vinculum, quod iisdem semper studiis usi sumus. Scio igitur Tuberonem domi manere voluisse. Sed ita quidam agebant, ita reipublicæ sanctissimum nomen opponebant, ut, etiam si aliter sentiret, verborum tamen ipsorum pondus sustinere non posset. Cessit auctoritati amplissimi viri, vel potius paruit. Unà est profectus cum iis, quorum erat una causa. Tardiùs iter fecit. Itaque in Africam venit jam occupatam. Hinc in Ligarium crimen oritur, vel ira potius. Nam si crimen est prohibere illum voluisse, non minùs magnum est vos Africam, omnium provinciarum arcem, natam ad bellum contra hanc urbem gerendum, obtinere voluisse, quàm aliquem se imperatorem esse maluisse. Atque is tamen aliquis, Ligarius non fuit. Varus imperium se habere dicebat; fasces certè habebat. Sed quoquo modo sese illud habet, hæc querela vestra, Tubero, quid valet? Recepti in provinciâ non sumus. Quid, si essetis? Cæsarine eam tradituri fuissetis, an contra eum retenturi? Vide quid licentiæ, Cæsar, nobis tua liberalitas det vel potius audaciæ. Si responderit Tubero, Africam, quò senatus eum sorsque miserat, tibi patrem suum traditurum fuisse: non dubitabo apud ipsum te, cujus id eum facere

Licuit aliter, no correspondia otra cosa á, etc. *Disciplinæ*, crianza. *Necessitudines*, estrecha connexion. *Militiæ*, camaradas en la milicia. *Usi*, hemos seguido una misma carrera. *Sed*, pero algunos de tal manera le obligaban y le ponian delante el sagrado nombre de la república. *Posset*, no podia soportar el peso de sus razones. *Una causa*, que eran del mismo bando. *Tardiùs*, caminó con alguna lentitud. *Is tamen*, este alguno no fué Ligario. *Fasces*, por lo menos tenia las insignias. *Quid valet*, á qué se dirige...

Sed quoquo modo, no debe echar en cara á Ligario que estuvo en Africa contra César aquel que quiso ir á la Africa y obtenerla con-

tra el mismo César: esto hizo Tuberon; luego no debe echar en cara á Ligario el haber estado en Africa.

interfuit, gravissimis verbis ejus consilium reprehendere. Non enim si tibi ea res grata fuisset, esset etiam probata. Sed jam hoc totum omitto, non tam ut ne offendam tuas patientissimas aures, quàm ne Tubero, quod nunquam cogitavit, facturus fuisse videatur. Veniebatis igitur in Africam, provinciam unam ex omnibus huic victoriæ maximè infestam, in quâ erat rex potentissimus, inimicus huic causæ, aliena voluntas, conventus firmi atque magni. Quæro, quid facturi fuissetis? quanquam quid facturi fueritis non dubitem, cum videam quid feceritis. Prohibiti estis in provinciâ vestrà pedem ponere: et prohibiti, ut perhibetis, summâ cum injuriâ. Quomodo id tulistis? acceptæ injuriæ querelam ad quem detulistis? nempe ad eum, cujus auctoritatem secuti, in societatem belli veneratis. Quòd si Cæsaris causâ in provinciâ veniebatis, ad eum profectò exclusi provinciâ venissetis. Venistis ad Pompeium. Quæ est ergo apud Cæsarem querela, cum eum accusetis, a quo queramini vos prohibitos contra Cæsarem bellum gerere? Atque in hoc quidem vel cum mendacio si vultis gloriari, per me licet, vos provinciam fuisse Cæsari tradituros, etiam si a Varo et quibusdam aliis prohibiti essetis. Ego autem confitebor culpam esse Ligarii, qui vos tantæ laudis occasione privaverit. Sed vide, quæso, C. Cæsar, constantiam ornatissimi viri L. Tuberonis, quam ego, quamvis ipse probarem, ut probo, tamen non commemorarem, nisi a te cognovissem in primis eam virtutem solere laudari. Quæ fuit igitur unquam in ullo homine tanta constantia? Constantiam dico? nescio an meliùs patientiam pos-

Gravissimis, con las mas agrias expresiones. *Non enim*, pues no porque esto te agradase habia de ser de tu aprobacion. *Patientissimas*, tu paciencia en escucharme. *Unam*, que era la única mas opuesta. *In quâ*, en donde habia un rey poderosísimo opuesto á este partido, voluntades enajenadas y cuerpos fuertes y numerosos. *Quo modo*, ¿como sufristeis esta ignominia? ¿A quién os fuisteis á quejar de la injuria recibida? Puntualmente á aquel cuya autoridad habiais seguido, y á quien os agregasteis para la guerra. *Per me*, por mí enhorabuena os podeis gloriarse aunque sea mintiendo...

Veniebatis igitur, prueba del siglogismo anterior por consigüientes, *Rex*, este rey era Yuba, rey de

Mauritania, que seguia el partido de Pompeyo. Prueba por los antecedentes.

sem dicere. Quotus enim istud quisque fecisset, ut a quibus partibus in dissensione civili non esset receptus, essetque etiam cum crudelitate ejectus, ad eas ipsas rediret? Magni cujusdam animi, atque ejus viri, est quem de susceptâ causâ, propositâque sententiâ, nulla contumelia, nulla vis, nullum periculum posset depellere. Ut enim cetera paria Tuberoni cum Varo fuissent, honos, nobilitas, splendor, ingenium; quæ nequaquam fuerunt: hoc certè præcipuum Tuberonis fuit, quod justo cum imperio ex senatusconsulto in provinciam suam venerat. Hinc prohibitus, non ad Cæsarem, ne iratus; non domum, ne iners; non aliquam in regionem, ne condemnare causam illam, quam secutus esset, videretur: in Macedoniam, in Cn. Pompeii castra venit, in eam ipsam castram, a quâ erat rejectus cum injuriâ. Quid? cum ista res nihil commovisset ejus animum, ad quem veneratis: languidiore, credo, studio in causâ fuistis. Tantummodo in præsiidiis eratis; animi verò a causâ abhorrebant. An, ut fit in civilibus bellis, nec in vobis magis quàm in reliquis, omnes vincendi studio tenebamur? Pacis equidem semper auctor fui: sed tum serò. Erat enim amentis, cum aciem videres, pacem cogitare. Omnes, inquam, vincere volebamus, tu certè præcipuè, qui in eum locum venisses, ubi tibi esset pereundum, nisi vicisses. Quanquam, ut nunc se res habet, non dubito quin hanc salutem anteponas illi victoriæ. Hæc ego non dicerem, Tubero, si aut vos constantiæ vestræ, aut Cæ-

Quotus, quién otro hubiera hecho esto, á saber, volver á aquel mismo partido en que no fué admitido en la desavenencia civil, y aun le habian echado con crueldad? *Quem de susceptâ*, á quien ningun peligro, etc., pudiera apartar del partido y parecer tomado. *Ut enim*, porque aun cuando hubiesen sido iguales en todo Tuberon y Varo. *Non ad*, no fué á César por no dar á entender que lo hacia por enojo; no á su casa por no parecer cobarde. *Languidiore*, procedisteis sin duda con menos ardor. *Tantummodo*, estábais en el campo solo con el cuerpo, pero vuestros ánimos estaban muy lejos de aquel partido. *Tenebamur*, no nos arrastraba á todos, y á vosotros no menos que á los demás, el deseo de vencer? *Auctor*, aconsejé. *Amentis*, era locura. *Pereundum*, habias de vencer ó morir. *Et nunc*, atendido el actual estado de las cosas...

Hæc ego non dicerem, concluye con decir que aquel agravio fué particular, y que así César no debe vengarle.

sarem beneficii sui pœniteret. Nunc quæro, utrùm vestras injurias, an reipublicæ persequamini? Si reipublicæ, quid de vestrà in eâ causâ perseverantiâ respondebitis? si vestras, videte ne erretis, qui Cæsarem vestris inimicis iratum fore putetis, cum ignoverit suis. Itaque num tibi videor, Cæsar, in causâ Ligarii occupatus esse? num de ejus facto dicere? Quidquid dixi, ad unam summam referri volo, vel humanitatis, vel clementiæ, vel misericordiæ tuæ.

Causas, Cæsar, egi multas, et quidem tecum, dum te in foro tenuit ratio honorum tuorum: certè nunquam hoc modo: Ignoscite, judices; erravit; lapsus est; non putavit; si unquam posthac. Ad parentes sic agi solet. Ad judices: Non fecit, non cogitavit, falsi testes, fictum crimen. Dic te, Cæsar, de facto Ligarii judicem esse: quibus in præsiidiis fuerit, quære; taceo. Ne hæc quidem colligo, quæ fortasse valerent etiam apud judicem: legatus ante bellum profectus, relictus in pace, bello oppressus, in eo non acerbus, tum etiam fuit totus animo et studio tuus. Ad judicem sic agi solet. Sed ego ad parentem loquor. Erravi, temerè feci, pœnitet, ad clementiam tuam confugio, delicti veniam peto, ut ignoscas oro. Si nemo impetravit, arroganter: si plurimi, tu idem fer opem, qui spem dedisti. An sperandi Ligario causa non sit, cum mihi apud te sit locus etiam pro altero deprecandi? Quanquam neque in hac oratione spes est posita causæ, nec in eorum studiis, qui a te pro Ligario petunt, tui necessarii.

Utrùm vestras, de qué injurias pedis satisfaccion? de las vuestras ó de las de la república? *Occupatus*, que me hallo embarazado. *Summam*, quiero reducirlo únicamente á tu humanidad, etc.

Causas egi, he defendido muchas causas, y aun contigo. *Ratio*, las miras de tus honores. *Si unquam*, si alguna vez delinquiere en adelante. *Agí*, así se suele hablar con, etc. *Fictum*, el delito es supuesto. *Quibus*, en qué campo estuvo, y no tengo que responder. Ni aun recopiló aquellas razones que tendrian tal vez fuerza delante de un juez. *Oppressus*, le sorprendió la guerra, y en ella no se manifestó cruel, sino que fué todo tuyo de corazon y voluntad. *Temerè*, obré inconsideradamente. *Arroganter*, es atrevida mi súplica. *Tu idem*, tú mismo que fomentaste mi esperanza, favoréceme. *Nec in*, ni en los empeños de aquellos que, siendo apasionados tuyos...

Causas, Cæsar, peroracion en que implora la misericordia de César.

Vidi enim et cognovi quid maximè spectares, cùm pro alicujus salute multi laborarent, causas apud te rogantium gratiores esse, quàm spectare, quàm tuus esset necessarius is, qui te oraret; sed quàm illius, pro quo laboraret. Itaque tuis tu quidem tuis ita multa, ut mihi beatiores illi esse videantur interdum, qui tuâ liberalitate fruuntur, quàm tu ipse, qui illis tam multa concedis. Sed video tamen apud te causas, ut dixi, rogantium valere plus quàm preces: ab iisque te moveri maximè, quorum justissimum dolorem vides in petendo. In Q. Ligario conservando multis tu quidem gratum facies necessariis tuis: sed hoc, quæso, considera, quod soles. Possum fortissimos viros Sabinos, tibi probatissimos, totumque agrum Sabinum, florem Italiæ, robur reipublicæ, proponere. Nosti optimè homines: animadvertite horum omnium mœstitiâ et dolorem. Hujus T. Brochi, de quo non dubito quid existimes, lacrymas squaloremque ipsius et filii vides. Quid de fratribus dicam? Noli, Cæsar, putare de unius capite nos agere. Aut tres tibi Ligarii in civitate retinendi sunt, aut tres ex civitate exterminandi. Quodvis exilium his est optatius quàm patria, quàm domus, quàm dii penates, uno illo exsulante. Si fraternè, si piè, si cum dolore faciunt, moveant te horum lacrymæ, moveat pietas, moveat germanitas; valeat tua vox illa, quæ vicit. Te enim dicere audiebamus, nos omnes adversarios putare, nisi qui nobiscum essent: te omnes, qui contra te non essent, tuos. Videsne igitur hunc splendorem, omnem hanc Brochorum domum, hunc L. Martium, C. Casetium, L. Cornificium, hosce omnes equites romanos, qui adsunt veste mutatâ, non solum notos tibi, verùm etiam probatos viros, qui tecum fue-

Spectares, á qué atendias principalmente cuando muchos se afanaban por la conservacion de alguno; que los motivos que tenian los que te rogaban te eran mas agradables que sus súplicas; ni atendias cuán amigo tuyo fuese, etc. *Tribuis*, eres tan generoso con los tuyos. *Tam multa*, tantos beneficios. *Moveri*, y que te mueven mas aquellos cuyo justísimo sentimiento ves en sus súplicas. *Gratum facies*, darás gusto. *Tibi*, de tu mayor aprobacion. *Robur*, el nervio. *Existimes*, el juicio que has formado. *Squalorem*, luto. *De unius*, de la vida de uno solo. *Optatius*, es mas gustoso. *Si fraternè*, si obran como hermanos, con cariño y sentimiento. *Valeat*, prevalezca aquella tu expresion que triunfó. *Splendorem*, nobleza. *Domum*, familia. *Veste mutatâ*, de luto. *Notos*, no solo conocidos tuyos sino tambien de tu mayor aprobacion...

runt? Atque his maximè irascebamus, et hos requirebamus, et his nonnulli etiam minabantur. Conserva igitur tuis suos, ut quemadmodum cetera, quæ dicta sunt a te, sic hoc verissimum reperiatur. Quòd si penitus perspicere posses concordiam Ligariorum, omnes fratres tecum judicares fuisse. An potest quisquam dubitare, quin si Q. Ligarius in Italiâ esse potuisset, in eadem sententiâ futurus fuerit, in quâ fratres fuerunt? quis est, qui horum consensum conspirantem et pæne conflatum, in hac propè æqualitate fraternâ non noverit? qui hoc non sentiat, quidvis prius futurum fuisse, quàm ut hi fratres diversas sententias fortunatasque sequerentur? Voluntate igitur omnes tecum fuerunt: tempestate abreptus est unus: qui, si consilio id fecisset, esset eorum similis, quos tu tamen salvos esse voluisti. Sed ierit ad bellum, discesserit non a te solùm, verùm etiam a fratribus. Hi te orant tui. Equidem cùm tuis omnibus negotiis interesset, memoriâ teneo, qualis tum T. Ligarius quæstor urbanus fuerit erga te et dignitatem tuam. Sed parum est me hoc meminisse: spero etiam te, qui oblivisci nihil soles, nisi injurias, quoniam hoc est animi, quoniam etiam ingenii tui, te aliquid de hujus quæstoris officio cogitantem, etiam de aliis quibusdam quæstoribus reminiscentem, recordari. Hic igitur T. Ligarius, qui

Irascebamus, contra estos se dirigian nuestras iras, á estos buscá-bamos. *Conserva igitur*, conserva á tus amigos los suyos, para que salga verdad esto como, etc. *Perspicere*, penetrar á fondo. *Consensum*, quién hay que no vea en estos hermanos casi de una misma edad su reunion, que conspiran á un mismo fin, y cuyas voluntades parece han sido formadas como por un molde? *Tempestate*, la tempestad arrebató á uno, el cual aun cuando lo hubiera hecho de intento. *Salvos esse*, conservar la vida. *Hi*, estos que son tuyos te piden por él. Cuando yo manejaba tus negocios tengo muy presente como miró por tí y tu dignidad T. Ligario siendo cuestor de la ciudad. Pero de poco sirve traer yo esto á la memoria. *Quoniam*, porque esto es propio de tu corazon y de tu natural. *Cogitantem*, trayendo á la memoria los buenos servicios de este,

Sed ierit, concesion.

Quæstor, de estos tesoreros, unos habia que acompañaban en la guerra á los generales, los que los atendian como á hijos, y era su

cargo el manejar todo el dinero del ejército, y dar cuenta de las presas y despojos que cogian los soldados; y otros eran los de la ciudad de Roma.

tum nihil egit aliud (neque enim hæc divinabat) nisi ut tu eum tui studiosum et bonum virum judicares, nunc a te supplex fratris salutem petit. Quam hujus admonitus officio cum utrisque his dederis, tres fratres optimos et integerrimos, nod solum sibi ipsos, neque his tot ac talibus viris, neque nobis necessariis suis, sed etiam reipublicæ condonaveris. Fac igitur, quod de homine nobilissimo et clarissimo M. Marcello restituto fecisti nuper in curiâ, nunc quidem in foro de optimis et huic omni frequentiæ probatissimis fratribus. Ut concessisti illum senatui, sic da hunc populo, cujus voluntatem carissimam semper habuisti. Et si ille dies tibi gloriosissimus, populo romano gratissimus fuit, noli, obsecro, dubitare, C. Cæsar, similem illi gloriæ laudem quam sæpissimè quærere. Nihil est enim tam populare, quam bonitas: nulla de virtutibus tuis plurimis nec admirabilior nec gratior misericordiâ est. Homines enim ad deos nullâ re propius accedunt quam salutem hominibus dando. Nihil habet nec fortuna tua majus, quam ut possis; nec natura tua melius, quam ut velis conservare quamplurimos. Longiorem orationem causa forsitan postulat, tua certè natura brevior. Quare cum utilius esse arbitrer te ipsum, quam me aut quemquam loqui tecum, finem jam faciam. Tantum te ipsum admonebo, si illi absenti salutem dederis, præsentibus his omnibus te daturum.

te acuerdes tambien como se portaron algunos otros cuestores. *Studiosum*, apasionado tuyo y hombre de bien. *Salutem*, conservacion. *Quam*, la cual, si acordándote de los buenos servicios de este la concedieses á estos dos, habrás restituido, etc. *De homine*, restituyendo, etc. *De optimis*, con estos tres hermanos tan buenos, y tan estimados de todo este numeroso concurso, lo que, etc. *Voluntatem*, cuya voluntad fué para tí del mayor aprecio. *Gratissimus*, muy agradable. *Quam sæpissimè*, repetidísimas veces. *Nihil est*, porque ninguna cosa hay tan del agrado del pueblo. *Homines*, porque en ninguna cosa se parecen los hombres mas á los dioses, que en conceder la vida á los otros hombres. Ninguna cosa mas grande tiene tu fortuna que el poder conservar á muchísimos, ni tu natural tiene cosa mejor que la voluntad de hacerlo. *Admonebo*, te daré este aviso, que si concedes la vida á este ausente, etc.

Fac igitur, argumentacion por ejemplos.
Nihil est, exposicion magnífica,

adornada de sentencias para ganar la voluntad de Cæsar.

ANÁLISIS.

Esta oracion pertenece al género judicial, por dirigirse en ella Ciceron á defender á Ligario de la acusacion que contra él habia hecho Tuberon en presencia de Cæsar. Su estilo es mediano, agudo y sutil. Las partes de que consta son: exordio, narracion, confirmacion y peroracion.

En el exordio, que puede llamarse de insinuacion, pues por medio de una ironia continuada se insinúa en el ánimo de Cæsar, preocupado de ira contra Ligario, le gana la voluntad, haciéndole atento con la propuesta de un delito nuevo y nunca oido, *Novum crimen*; le hace benévolo elogiando é implorando su clemencia, *Omissâque controversiâ*; y prepara su ánimo contra Tuberon, exponiendo haber estado este y su padre en el partido de Pompeyo, *Habes igitur*.

La narracion contiene la partida de Ligario á Africa cuando no habia asomos de guerra, é iba en calidad de lugarteniente de Considio, *Q. igitur*; su detencion allí en el gobierno de Considio, quien le dejó el cargo de la provincia, *Itaque Q. Ligarius*; cuyo cargo dejó cuando llegó Varo, quedándose contra su voluntad, *Interim P. Actius*.

En la confirmacion prueba debe perdonar Cæsar á Ligario, que no fué pompeyano, *Quod si est*, puesto que ha perdonado al mismo Ciceron que lo fué, *Cujus ego*, y al mismo Tuberon, *Atque hæc*. Manifestando las maldades de Tuberon, descubre ser un cruel en pretender la muerte de los ciudadanos romanos, *Atque in hac causâ*, y en impedir que use Cæsar de clemencia, *Quod nos domi*; y hace injuria á los mas ilustres ciudadanos romanos tratándolos de malvados, *Ac primus aditus*, y al mismo Pompeyo, á quien hace cabeza de malvados, *Sed non loquor*. Prosigue manifestando ser Tuberon reo del mismo delito, pues se dirigió á la Africa contra Cæsar, *Sed ut omittam*; y no habiendo sido admitido se fué á Pompeyo, enemigo de Cæsar, *Vide quid licentia*, y tomó las armas contra el mismo Cæsar, *Quid cum ista res*. Concluye el orador diciendo que aquel agravio era particular, y no debia vengarlo Cæsar, *Hæc ego non dicerem*.

En la peroracion implora la misericordia de Cæsar, por respeto, primero á la persona del mismo Cæsar como padre: *Causas Cæ-*

sar; segundo por la persona de Ciceron que defendia el pleito: *An sperandi*; tercero por las de los amigos de César que se interponian por Ligario: *Vidi enim*; cuarto por las de los parientes de Ligario que estuvieron á favor de César: *Quid de fratribus*; quinto por respeto á la necesidad que le obligó á tomar las armas: *An potest*; sexto por los méritos de T. Ligario: *Sed ierit ad bellum*, séptimo por la gloria que se adquirió César en restituir á Marcelo: *Fac igitur*; octavo por la excelencia de la virtud de la clemencia: *Nihil est enim tam populare*.



ORATIO

PRO M. MARCELLO.

ARGUMENTO.

M. Claudio Marcelo, sugeto distinguido por sus mayores y por su valor, despues de haber obtenido el consulado, siguió el partido de Pompeyo. Vencido este en la guerra de Farsalia, no quiso Marcelo, ni unirse con los que habian ido á renovar la guerra en el Africa, ni solicitar el perdon de César, sino que se retiró á Mitilene, ciudad muy distante del teatro de la guerra, donde permaneció por mucho tiempo, hasta que el senado, restituido ya á su antigua dignidad por el mismo César, alcanzó de él con muchos ruegos que le restituyese á Roma, á pesar de lo ofendido que se hallaba por haber Marcelo representado contra él en otro tiempo. Ciceron, movido de la magnanimidad y clemencia de César y del amor singular que habia profesado á Marcelo, no pudo menos de darle las gracias en la siguiente oracion.

Diuturni silentii, P. C., quo eram his temporibus usus, non timore aliquo, sed partim dolore, partim verecundiâ, finem hodiernus dies attulit: idemque initium, quæ vellem, quæque sentirem, meo pristino more dicendi. Tantam enim mansuetudinem, tam inusitatum inauditamque clementiam, tantum in summâ potestate rerum omnium modum, tam denique incredibilem sapientiam ac pæne divinam, tacitus nullo modo præterire possum. M. enim Marcello vobis, P. C., reique publicæ reddito, non solum illius, sed meam etiam vocem et auctoritatem, et vobis et reipublicæ conservatam ac restitutam puto. Dolebam enim, P. C., ac vehementer angebar, cum viderem virum talem, qui in eadem causâ in quâ ego fuisset, non in eadem esse fortunâ: nec mihi persuadere poteram, nec fas esse ducebam, versari me in nostro veteri curriculo, illo æmulo atque imitatore studiorum ac laborum meorum, quasi quodam socio, a me et comite distracto. Ergo et mihi meæ pristinae vitæ consuetudinem, C. Caesar, interclusam aperuisti, et his omnibus ad bene de omni reipublicâ sperandum quasi signum aliquod sustulisti. Intellectum est enim mihi quidem in multis, et maximè in meipso, sed paulò antè omnibus, cum M. Marcellum senatui populoque romano

INTERPRETACION. *Diuturni*, el dia de hoy ha puesto fin al largo silencio que habia yo observado. *Idemque*, y este mismo me ha dado libertad para decir mi sentir y voluntad segun mi antigua costumbre. *Tantum*, tan grande moderacion en el mas grande poder de todo. *Tacitus*, de ninguna manera puedo pasar en silencio. *Versari*, perseverar yo en nuestra antigua carrera (esto es, en la carrera del foro), estando separado de mi aquel émulo é imitador de mis estudios y trabajos, como compañero y amigo. Has abierto pues, ó C. César, camino á mi antiguo método de vida, que estaba para mí cerrado, y como que tremolaste bandera para que todos estos formasen buenas esperanzas del estado de la república. Pues yo tengo bien conocido en muchos, y principalmente en mí mismo, y poco hace han visto todos cuando, etc.

NOT. Y ART. RET. *Diuturni*, hay la siguiente argumentacion tomada de las circunstancias de negacion de causas: Antes no hablaba en público por estar desterrado Marcelo; ahora se le ha levantado el destierro; lue-

go el dia de hoy debe poner fin á mi silencio.

Dolebam enim, proposicion. *Ergo mihi*, complexion ilustrada por los consiguientes.

Quasi, alude á lo que parece esta